



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

III. Qualequid Luthero-caluinistis SS. Trinitas, & Christi sit Diuinitas?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## II. DE VERBO DEI INCARNATO. QVÆSTIO III.

Quale quid Luthero-caluinistis Sancta Trinitas sit, & Christi Diuinitas?

### VI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**V THERVS in Dom. Trinit. Vox Trinitas humanitas inuenta est, & frigide sonat.

CALVINVS epist. ad Polonos. Trinitatis nomen repudiamus. &c. Pluravide in Luthero-cal. q. 6.

**C**H RISTVS. Matth. vlt. Baptizate omnes gentes in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Per meum Ioan. in 1. cap. 5. Tres sunt in celo, qui vestimur. &c.

Et tamen Mar. 12. *Vnus est Deus, & non est alius præter eum.* Vnde Ioan. 17. *Vi cogitauerunt te solum verum Deum.* Mat. 4. *Domine nam Deum tuum adorabis, & illi soli seruites.* Sic & per Apostolos, perque Prophetas prædicaui. Apud Bellar. lib. 1. de Christo. c. 3.

### VII. ANTICHRISTIANISMVS.

Christus non est verè Deus, nec ab æterno, sed ante incarnationem. Nihil fuit, nisi per Idam, in mente Dei. &c.

Ita Lutherus, Caluinus, Erasmus, Melanch. &c. Vide in Luthero cal. q. 7. & 9. prolixè & diserte.

**C**H RISTVS. I. Ioan. 10. *Ego & Pater Vnum sumus,* Vnitatem naturæ. Peruersè Transyluani, l. 2. c. 9. *Vnum,* aiunt, *vnitate charitatis.* Et probant auctoritate Erasmi & Caluini. At poterant addidisse simul Arii & Eunomij hæresiarcharum auctoritatem.

II. Ioan. 17. *Vt sint vnum, sicut & nos Vnum sumus.* Vnitatem <sup>essentia</sup> <sup>air</sup> <sup>S.</sup> Basil. l. 1. in Eunomium. Chryf. in Ioan. 1. *Nam sic argumentabar: Nemo potest rapere oues de manibus Patris mei: quia ipse maior omnibus est: Ergo nec de meis manibus: Ego enim & Pater Vnum sumus, t. vna manus potentia, Vnum substantia.* Deinde, ait Aug. & Chryf. ibid. *Audito hoc Iudai susulerunt lapides, ut iacerent in eum: Ergo intellexerunt per illud, Vnum sumus, Vnitatem Deitatis.* Adde quòd ipse id exponit, ibid. *Vos dicitis, quia blasphemus: quia dixi: Filius Dei sum: Ergo id est sumus: Ego & Pater vnum sumus: Et, Filius Dei sum.*

III. Ioan. 14. *Creditis in Deum; & in Me credite.* Hinc Aug. l. 1. de Trin. c. 12. dicit, *Christum esse illum verum Deum, quem Iudæi colebant.* Ibid. *Si cognouissetis me; & Patrem vtrique cognouissetis.* Item, Philippe; *qui videt me, videt & Patrem.* Ergo sumus æquales, & vnum.

IV. Ioan. 20. *Dominus meus, & Deus meus.* Nestoriani, in Synodo V. c. 12. dictitabant eam exclamationem Thomæ referri ad Deum Patrem. Sed refutat eos Synodus V. Et S. Aug. epist. 174. eo dicto efficacissimè vtitur pro Diuinitate Christi.

V. Ioan. 5. *Querebant eum Iudæi interficere, quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. &c.*

Vide Bell. lib. 1. de Christo cap. 6. Et in mea Genealogia par. 1. q. 3. *Quæ euincunt, Christum esse verum Deum, vnum cum Patre.*

—(—)—